Quelle: https://manuscripta.at/?ID=896
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gramatica

accedentibus ad philosophiam prima est gramatica ordinat ipsa est que
secundum suam disciplinam docet eligere ea que conveniunt proposito
et fugere que impediunt propositum Verbi gratia certa lege
dictionem dictionem secundum consilia accidentia construere iubens ea que
non sunt talia utpote barbarismus et soleocismus pur-
gando fugere docet Sed et loica cum ad silogismorum doctrinam
principaliter spectat intentio iudicium purgans et instruens
propositionum coniugationes inutiles ad silogizandum purgando
fugit utiles autem instruendo eligit Quare cum xvi propo-
sitionum coniugationes inveniantur In prima tamen iuxta aristoti-
lem figura quatuor utiles duodecim inutiles In secunda itidem
quatuor utiles xii inutiles In tertia sex utiles decem in-
utiles reperiuntur Geometer quoque partem falsigraphi ad impossibile
ducens fugiendam suam quoque demonstrationem necessariis probans
rationibus eligendam ostendit Sic et ~~cronographorum~~ crono-
graphorum facultas habet que purganda fugiat que instru-
endo eligat et fugit enim mendacia eligit veritatem Itaque
non indignetur vestra discretio nec sinistre ut dixi imperia-
libus auribus interpretetur Si in hystoria nostra quam antecessores
ut parentes suos ad observandam veritatem aliqua
dicta fuerint Cum melius sit incidere in manus hominum
quam tetre fucatum super ducendo colorem faciei scriptoris
amittere officium Preterea quoque quo ordine currat hec
hystoria breviter exponam ut hoc cognito qualitas
operis facilius pateat legenti Quatuor principalia reg-
na que inter cetera enumerent ab exordio mundi fuisse
infinemque eius secundum legem totius successui per mansuetudinem fore tex-

Loica

figura

Geometer

Nota quo ordine currat hystoria

quatuor hec principalia